

possit tue resistere voluntati.
Si decreueris saluare nos con-
tinuo liberabimur. Tu enim
dñe fecisti celuz et terrā: et qe-
qd celi ambitu continet. Tu
es dñs omniū: et nō est qui re-
sistat maiestati tue. Et nūc do-
mine rex regū deus abraam
miserere pplo tuo: qz volunt
nos inimici nostri perdere: et
hereditatē tuam delere: ne de-
spicias partem tuam: quā re-
demisti tibi: sed exaudi dep-
cationē nostrā: et ppitius esto
forti et funiculo hereditati tue.
Et conuerte luctū nostruz in
gaudiu: vt viuentes laudem
nomen tuū: et ne claudas ora-
canentiū te. **D**ñe deus noster
Brad. Saluū fac pplo tuū dñe:
et benedic hereditati tue. **V**. Ad
te dñe clamaui de⁹ meus ne si-
leas a me: et ero similis descen-
dentib⁹ in lacū. **S**cđm mat̄.
TIllo tpe: **A**scē. **xx.ca.**
Idens iesus hierosolymā
assumpsit duodecim discipu-
los suos secreto: et ait illis: Ec-
ce ascendimus hierosolymā:
et filius hominis tradet prin-
cipibus sacerdotū et scribis: et
condēnabunt eum morte: et tra-
dent eum gentibus ad illudē-
dum et flagellādū et crucifigē-
dū: et tertia die resurget. Eūc
accessit ad eum mater filiorū

zebedei cuž filijs suis: adorās-
t petēs aliquid ab eo. Qui di-
xit ei: Quid vis? Ait illi. **H**ic
vt sedeāt hi duo filij mei: vn⁹
ad dexterā tuā: et vnuis ad fini-
strā tuā in regno tuo. **R**ndēs
autē iesus dixit: Nescitis qd
petatis. Potestis bibere cali-
cem: quē ego bibiturus sum⁹.
Dicunt ei: **P**ossumus. Ait il-
lis: **C**alicem quidem meū bi-
betis: sedere autē ad dexterā
meam: vel ad finistrā: non est
meum dare vobis: sed quib⁹
paratū est a patre meo. **E**t au-
dientes decem indignati sunt
de duob⁹ fratribus. **J**esus autē
vocauit eos ad se: et ait: Scitis
qz principes gētū dominantē
eoꝝ: et qui maiores sunt poter-
statē exercent in eos. Non ita
erit inter vos. **S**ed quicunqz
voluerit inter vos maior fieri
sit vester minister. **E**t qui vo-
luerit inter vos esse primus:
erit vester seruus. **S**icut fili⁹
hominis nō venit ministrari
sed ministrare: et dare animā
suā redēptionē pro multis.
Offert. Ad te dñe leuani siam
meā dñs meus in te confido
non erubescam: neqz irrideant
me inimici mei: et enīz vniuersi-
q te expectat non confundatur.
Nostrias dñe qz **S**ecre.
Nquas tibi offerimus p̄